



**Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus**

**Garcia, Nicolaus**

**Coloniae Allobrogvm, 1618**

§. 3. De violento beneficij possessore, & intruso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

gradati potestati statim seculari tradantur, &c. & sic ipso iure priuantur beneficiis, officiique executione, & sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, Nauar. d. c. 27. n. 249. & alij infra relati.

197 Quod habet locum, & procedit etiam in foro interiore & in occulto, saltem quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem, seu in effectu irregularitatem, Nauar. ibi iuxta dictum supra num. 9. quicquid dicant Grassii a num. 4. Enriquez, Man. Rodriguez num. 2. Vgol. Toletus, Pet. Ledesma circa 4. conclus. vltim. difficul. Auila d. dub. 7. Prosper de August. 5. limit. ubi supra, & Suarez 5. tom. disput. 31. sect. 4. numer. 22. Quorum sententia solum posset procedere in priuatione beneficiorum obtentorum iuxta supradicta a num. 7. an autem ea constitutio in foro conscientiae vsu recepta sit, an non, vt ait Vgol. & inclinant Enriq. Auila, Prosper de Augustino supra & Acor 2. par. li. 7. c. 18. in fin. res facti est, seu questio de facto ad quam respondere non est iurisconsulti, vt inquit Nauar. supra.

198 Sed cum de exercentibus & sodomiae crimen ista constitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui femel aut iterum illud perpetraverit, sed solum in eis qui quasi ex vsu continuo id exercent, & qui sic labantur in tale crimen, vt arbitrio boni viri dici possint exercitores eius, argum. l. sciendum. §. illud ff. de adulterio adit. & quae tradunt Cassan. in consuetud. Burgundiae rubric. 4. §. 1. fol. 131. B. Straccha de mercatura part. 1. a num. 6. & Salzedo in praxi cap. 55. versic. & vt huius, ita Nauar. supra dicens, ita sibi respondisse Gregor. XIII. & Matthaeum Contarellum eius datarium, sequuntur Cosmas Philarcus de officio sacerdotis 1. p. lib. 4. c. 15. Candelabrum aureum supra, & Grassii a num. 3. Enriquez dicit. cap. 36. in glos. lit. N. & d. cap. 5. glos. lit. F. Ludouic. Lopez d. cap. 23. Man. Rodriguez supra num. 2. & quest. regul. 1. tom. quest. 30. art. 19. Vgol. supra, Marcus Anton. Genuen. in praxi Archiepiscopali curiae Neapolitanae cap. 80. numero 1. Sairus de censuris lib. 7. cap. 12. num. 23. Auila d. dub. 7. Suarez d. sect. 4. a nu. 20. Prosper de Augustino supra 4. limit. & Acor d. c. 18. quest. vlt. circa fin. & videtur Mar. del Rio de magia lib. 5. sect. 16. vers. 2. loco pag. 408.

199 Licet contrarium, & nempe dictam constitutionem habere locum in clerico, qui vnicum crimen tantum sodomiae commisit, teneant Salzedo d. cap. 86. addit. 2. (quem sequuntur D. Ioan. Vela, & Azcuedo numero 22. & 23. ubi supra, & Zauillos qu. 228. numero 4.) ex alia constitutione anteriori, cuius illa meminit eiusdem Pij V. quinta in ordine, ubi statuit, quod si clericus crimen nefandum contra naturam perpetraverit, degradatus curiae seculari puniendus tradatur, & non verb. Exercentis, sed perpetraverit vtitur, quod non exposcit criminis reiterationem, &c.

200 Sed & bene respondet Man. Rodriguez d. art. 19. quod licet poena istius primae constitutionis (de qua loquuntur D. Ioan. Vela, & Azcuedo) comprehendat perpetrantes, poenae tamen secundae, quae sunt grauior, comprehendunt tantum exercentes.

201 Et ista responsio est melior & illa, quam ponit idem Man. Rodriguez in sum. d. c. 208. n. 2. & cum eo Pet. Ledesma dicens ambas sententias probabiles supra 4. conclus. 1. difficultate. quod secunda constitutio ponens di. verbum Exercentes, declarat primam solum ponentem verbum perpetraverit.

Sicut etiam ista secunda & constitutio non habet locum in laicis, vt habet prima, sed solum in clericis,

de quibus tantum agit Nauarj Grassii n. 11. Vgol. Toletus, & alij supra.

Nec comprehendit ista & constitutio exercentes pollutionem extraordinariam, seu extra vas, sed solum exercentes copulam sodomiticam, vt per Nau. supra, quem caeteri relati sequuntur.

Sed est difficultas, & an comprehendat exercentes vitium bestialitatis, & comprehendere tenent Man. Rodriguez d. cap. 208. num. 2. Pet. Ledesma supra circa 4. conclus. 2. diff. & Prosper de Augustino 2. amplia. quia bestialitas, etiam est peccatum contra naturam, & grauius sodomia, & lex poenalis extenditur de vno casu ad alium grauiorem, in quo est eadem ratio, glos. in c. 1. de temporibus ordin. in 6. verb. Italiae.

Contrarium tamen & mihi videtur verius, nempe, quod ista constitutio non comprehendat exercentes bestialitatem, saltem quoad poenas ipso iure impositas; nam licet sit crimen grauissimum & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed species distincta a Sodomia, D. Thom. 2. q. 154. art. 1. & ibi Caiet. D. Ant. 2. par. tit. 5. c. 4. Sylu. verb. luxuria, §. 1. Lud. Lopez 1. tom. c. 73. Pet. Ledesma supra 2. conclus. 1. diff. & alij.

Et in poenalibus non fit extensio, etiam ex identitate, seu maiori ratione, ex reg. odia in 6. & cap. poena, de poenitentia dist. 1. ubi Nauar. a. h. n. 1. reprobandus illam glos. verb. Italiae, Domin. num. 9. & Franc. 5. in d. cap. 1. de temporibus ordin. in 6. Iason in l. cum quidam, ff. de liberis & posthum. a numer. 9. Decius in l. si quis, ad quod. num. 47. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l. factum cuique §. in poenalibus, de regulis, Aymon de antiquitate temporis 4. p. sect. videamus modo num. 24. Euerardus loco a ratione legis larga a nem. 65. Duennas regul. 287. Castro de potestate legis poenalis lib. 1. cap. 7. doc. 3. Auila de censuris 7. p. disp. 7. dub. 5. cum aliis, praesertim cum poena ipso iure imponitur, Tiraq. in l. si vnquam, verb. reueratur a nu. 248. seu 303. & Villaguta de extensio. tit. de extensione legis poenalis respektu merae poenae, maxime, quia in bestialitate cessat illa frequentia ( raro enim istud crimen committitur ) qua videtur motus Pius V. ad sodomiae crimen comprimendum, vt ex ipsa constitutione colligitur, & ita plane tenet Bannes de iust. & iure 2. 2. quest. 64. art. 8. circa princip. qui ait, quod si sit imposita irregularitas contra sodomitas, non sequitur, quod committentes peccatum bestialitatis incurrant illam.

Recte tamen & ait Prosper de Augustino supra in princip. dictam constitutionem procedere non solum in clerico sodomita masculorum concubitore, sed & in eo qui feminam praepostera venere cognouerit: cum in hoc casu sodomia proprie committatur, vt per citatos supra n. 162. & 193. & alios.

§. 3.

De violento beneficij possessore, & intruso.

#### SVMMMARIA.

An ob violentam beneficij apprehensionem seu occupationem, quis priuetur beneficio, Corrasius dicit, quod sic ex cap. cum qui, de praeben. in 6. numero 208. quem tex. explicante relati, num. 209. & quando dicitur violentus possessor remissus, numero 210. sed id intelligitur

intelligitur respectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti compete-  
bat, num. 211. & non esset priuatus ipso iure qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi qui iam est in possessione, quamvis capiens propria auctoritate possessionem beneficii ab alio occupatam, debeat puniri, etiam si violentiam non adhibeat, nec lucraretur fructus, nec esset manutenendus secundum Rebus. n. 212.

Ad de manutentione intelligitur, nisi possessor habeat se pro spoliato: nam etiam spoliatori, & detentori conceditur mandatum de manutentione, etiam contra spoliatum, & c. n. 213.

Quod non esset priuatus iure, qui apprehenderet possessionem, nisi violentiam adhiberet possessori, intelligitur de habente ius in re, secus in habente ius ad rem, n. 214. nam is priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo se administrationi beneficii, etiam si vacet, & nemo illud detineat, ex cap. avaritiae, de elect. in 6. quod procedit in quibuslibet beneficiis, & in presentatis, seu nominatis, num. 215. & seq. nec excusatur ab illa poena, etiam si sit institutus, si institutio sit nulla ex defectu iurisdictionis, vel alias, ut quia fuit facta non propositis edictis, num. 217. & seq. nisi excusaret error facti, aut iusta credulitas, vel sententia superioris declarantis non esse necessaria edicta, numero 219. & 220. & adducitur resolutio Rotae, n. 221. Non habet locum poena d. c. avaritiae, in capiente possessionem, nisi se ingerat administrationi, aut fructus percipiat, n. 222.

Videtur quod capiens possessionem, etiam si non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiam si violentiam non adhibeat, sit priuatus iure ad rem: quia eam capiens ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo numer. 223. & intrusus non solum cadit a iure, si quod habet ad beneficium, sed etiam sit inhabilis ad illud, num. 224. intrususque tenetur in gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia, & nulla, n. 225. & seq. ubi adducitur resolutio Rotae. Et etiam de fructibus, si quos percepit, tenetur mentionem facere, nam si nullus indebit percipiens inhabilis sit, & rehabilitatione indiget, n. 227. quod tamen non habet locum in distributionibus, quando alias habet fructus praebenda, alioquin idem esset in eis saltem ingressa, num. 228. & gratia non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur, n. 229. iuxta quod erit accipiendum, quod tradit Nau. & Enriquez citati n. 230.

Ad ista dicitur verum esse de intrusione faciendam esse mentionem, etiam si intrusus non administraverit, nec fructus perceperit, & si fructus perceperit, etiam de illis faciendam esse mentionem, n. 231. nisi fructus debeantur tertio, numero 232. vel nisi quando adest lis, ex qua timere potest restitutionem fructuum, numero 233. ubi adducitur resolutio Rotae, nullibi tamen recte probari, quod intrusus, aut percipiens fructus indebiti, sit inhabilis ad beneficium illud, nisi in casu capiti, quisquis de electione, numer. 234. & quamvis de stylo Curiae videtur intrusus, quamdiu illos habet, esse inhabiles ad illud beneficium, nam de stylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilibus, cum compositione tertia partis fructuum perceptorum, tamen id non procedere in eo, qui habet ius ad rem intrusus se in beneficio per solam possessionem abque eo quod se ingesserit administrationi, vel fructus percepit, & c. n. 235. & 236.

Secundum Mandos. stante in supplicatione clausula, nec non cause annullatiua, & infectiua, etiam proprii tituli, ac possessionis exprimi possunt, & c. non obstitisse procedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, & c. n. 237. qui bene ait non obviare tunc intrusionem, male tamen non obviare malam fructuum perceptionem, n. 238. & 239.

Dicitur stylos non videtur procedere in impetrante non habente alias bonum titulum, ad cuius utilitatem, & instantiam fuit capta possessio nomine Camerae, antequam ei cessasset, num. 240. nec etiam in eo qui se intrusit in aliquo beneficio tanquam unio accessorie alteri, & sic non ut titulo, si postea impetraret in titulum, quamvis procederet si de nouo impetraret unionem, n. 241.

Non procedit etiam in bona fidei possessore, ut in decis. Rotae posita, numero 242. & licet alias contra cam tentum est possidentem beneficium reservatum ex provisione ordinarij, etiam cum bona fide, non facere fructus suos, etiam si reservatio non sit clausa in corpore iuris, nec de certo beneficio, adhuc tamen potest in eo procedere ad effectum, ut in impetratione nouae gratiae non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec se super illis componere, & c. num. 243.

Hoc quod dicitur de bona fidei possessore videtur posse procedere, etiam si tempore impetrationis noua gratia dubitet, seu habeat iam notitiam de suo malo titulo, si statim confugit ad remedium, & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, etiam si interim permaneat in possessione, & c. n. 244.

Octavo & ultimo traditur, an ob violentiam beneficii apprehensionem, seu occupationem, quis priuatur beneficio: & quidem Corra. de benef. 3. p. ca. vlt. numero 14. inter alia dicit, quod etiam violenta beneficii apprehensio ipso facto priuat beneficium ex cap. eum qui de preben. in 6. Quem tunc praeter ordinarios ibi, & alios explicant Ripa in c. saepe de restitut. spol. n. 68. add. capelle Tolosanae dec. 444. Rebus. de pacificis possessor. ex nu. 186. alias 131. & Pontanus de spolio lib. 1. c. 9. a num. 91. Et quando traditur violentus possessor, vide Lapum allega. 127. & ibi Mandos. Francum in d. c. eum qui, & in super nu. 3. & ibi Probum ad Monach. Rebus. supra, Couar. li. 3. variarum c. 16. n. 7. quem sequitur Molina de iustitia 10. l. 1. tra. 2. disp. 16. Sed istud intellige respectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti compete-  
bat, ut patet in d. c. eum qui vers. in super, ubi Dd. & notat Lapus supra n. 4. Cosmas in pragmatica sa. & tit. de pacificis possessor. verb. violentus, & Rebus. supra & in praxi, tit. de modis amittendi benef. n. 28. & tit. de missione in possessionem, n. 3. & 4. ubi ait, quod non esset priuatus iure qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi, qui iam est in possessione, quamvis capiens propria auctoritate possessionem beneficii ab alio occupatam, debeat puniri, etiam si non adhibeat violentiam, nec lucraretur fructus, nec esset in illa possessione manutenendus, quia est vitiosa, & c. vt etiam inquit n. 37. & sequitur Rota decis. 21. n. 3. & 6 part. 2. diuers.

Quod tamen de manutentione intellige, nisi possessor habeat se pro spoliato, nam etiam spoliatori, & detentori conceditur mandatum de manutentione, etiam contra spoliatum, donec confiteretur eum iniustum esse possessorem, quia sine causa co-

CAROLUS  
de  
Benef.

gnitione possessione priuari non debet, c. in literis. de reit. iur. spoliat. c. licet Episcopus, de preben. in 6. & notat Bart. in l. 2. n. 2. C. si propter publicas pensiones cum alius adductis à Rom. cons. 158. n. 1. Decius 199. nu. 9. & Cephalus 26. a. n. 9. Paleot. dec. 87. in manuscript. quæ est 3. pars diuers. lib. 3. 482. & Rota dec. 50. n. 29. par. 2. & fuit resolutum coram Do. Oriolen. in Romana vinea 23. Iunij 1581. quæ est 1. pars dec. 641. num. 8. & in Abulen. Capellanæ 27. Aprilis 1594. coram illustrissimo Mantica.

214 Præterea id quod ait Rebus. quod non esset priuatus iure, qui apprehenderet possessionem, nisi violentiam adhiberet possessori, intellige de habere ius in re beneficio contra Pontanum, supra n. 93. & seq. fecus in habente ius ad rem.

215 Nam si priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo se administrationi beneficii, etiam si vacet, & nemo illud detineat, ex c. auaritia. de elect. in 6.

216 Quod si procedit in quibuslibet beneficiis, & in presentatis seu nominatis, Lopus allegat. 8. sub num. 4. & ibi Mandos. sub liter. T. Francus ibi sub nu. 2. Rotchius de iure patron. verb. honorificum, quæst. 39. numero 71. Rebus. in praxi 3. par. signaturæ, verb. nec non iuris patronatus à n. 54. & reg. 29. cancell. vers. secundo etiam, ad fin. & tenet Rota, Crescen. dec. 6. de iure patr. Cota dec. 127. in vna Eugubina canonicatus de anno 1561. Mandos. de signaturæ gratia, in de priuat. vers. dubitabitur, & Hieron. Gabr. consil. 199. lib. 1. Prosper de Augustino in addit. ad summam bul. ari. Quarenta vers. beneficiorum possessio liter. D. & in append. ad eum locum pag. 516. licet contra teneat Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 15. ex Rebus. supra d. reg. 29. & Rocho supra, qui id non dicunt, sed potius contrarium, ad quod eos citauit, & fuit resolutum in vna Iunenacen. beneficii 15. Decemb. 1593. coram D. Mantica.

217 In qua etiam fuit resolutum, Non excusari ab illa pœna, etiam si sit institutus; si tamen institutio sit nulla ex defectu iuris dictionis, & sic intelligi Millis in reper. verb. pœna decretalis auaritiæ, Hieron. Gabriel. supra: nec iuris ignorantia, nisi probabilis, & iuris dubij: n. in alias iuris ignorantia non excusat in compendius, & c. ita in d. dec. Et idem si dicit Hieron. Gabr. ibi, etiam si non sit nulla ex defectu iurisdictionis, sed alias, vt quia institutio fuit facta non propositis editis contra Millis supra cum gloss. in cap. fin. de elect. in 6. verb. inanes, & ibi Ioan. And. Domin. n. 18. & Fran. num. 8.

218 Quod intellige nisi excusaret error facti, quia credidit edicta proposita glo. ibi & Dd. aut alias iuste credere potuit seruatum esse debitam formam, vt in illa Casleni, parochialis 9. Nouem. 1597. supra relata 9. par. c. 2. n. 95.

219 Et nisi excusaret sententia superioris declarantis non esse necessaria edicta, vt per Puteum dec. 484. li. 2. Et si facit dec. facta in causa Calagurritana abbatisatus coram D. Peregrino, vbi tentum fuit, Quod electus administrans in vna confirmationis nulle defectu iurisdictionis, vel noua prouisionis non gratus, aut surreptitius, efficitur inhabilis non obstante dicto Millis in verb. pœna decretalis, vt per Pap. in addit. ad Rotam dec. 6. de elect. in nouis, n. 5.

220 Non tamen habet locum pœna d. cap. auaritiæ, in capiente possessionem, nisi se ingerat administrationi, aut fructus percipiat: loquitur enim de ingerente se administrationi: ita Puteus dec. 45. lib. 3. & Cota dec. 129. in d. Eugubina canonicatus, & fuit resolutum in d. Iunenacen. beneficii.

Sed videtur, quod capiens possessionem, etiam si non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiam si violentiam non adhibeat, sit priuatus iure ad rem sibi ad beneficium competenti, ex eo quod accipiens possessionem beneficii ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo, cap. cum iam dudum, de prebend. vbi Dd. Rebus. in praxi in declaratione nouæ prouisionis verb. officiali Episcopi numero 7. & titul. de missione in possessionem numero 8. Ioan. Gutierrez consil. 10. numero 12.

Et intrusus non solum cadit à iure, si quod habet ad beneficium, sed etiam efficitur inhabilis ad illud, vt ex dict. cap. cum iam dudum, & cap. per inquisitionem, de elect. docet Cofinas d. iur. de pacificis posses. ad fin. verb. violentus, & ait quod solus Papa potest cum eo dispensare, quod idem tenet Nauar. in c. quando. de rescrip. excepti. 18. n. 6. & in man. c. 27. n. 194. vers. ad quæstionem, & consil. 12. de rescrip. nu. 13. & 14. quitamen isto num. 14. ait non fieri inhabilem qui possessionem beneficii cum titulo quæsitum continuat post titulum ipso iure perditum, Ludou. Lopez in firmit. consens. 2. tom. 2. part. c. 22. Agor 2. part. lib. 6. cap. 4. quæst. 27. & Rebus. d. iur. de reuisione in possessionem, num. 8. vbi ait quod si quis acciperet possessionem arte collationem, esset intrusus, & postea collectio illi facta non valeret, sequitur Ioan. Gutierrez supra.

Intrususque in beneficio tenetur in impetratione, & gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia, & nulla, Abbas in d. cap. cum iam dudum, numero 3. & in cap. præterea, de iure patron. numero 2. Millis verb. gratiam beneficii impetrans, Hier. Paul. in pract. cancell. §. notabilia super vacanibus non reservatis vers. gratiam beneficii impetrans, Felin. in cap. postulasti de rescrip. ad fin. Ripa inter ceteras numero 22. & in cap. ad aures, numero 41. de rescrip. Selua de benefic. 3. par. quæst. 11. §. qualiter. Villad. de legato quæst. 14. 1. p. num. 118. Rebus. d. verb. officiali Episcopi numero 7. & in concord. in forma mandati Apostolici verb. pro expressis, vers. quæto intrusus, & seq. & in reper. cap. nulla 2. de concess. prebend. 31. qualitate, decisio. Capel. Tolos. 484. & ibi Aufrer. Agid. decisio. 497. seu 498. Cass. 6. de prebend. Aeneas de Falcon. de rescripto. 4. quæst. effectus 35. Mandos. de signaturæ sit. de prouiso. ad fin. & consil. 4. n. 19. Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 201. n. 129. Nauar. supra dict. num. 194. & consil. 2. de etate & qualitat. nu. 2. Flaui. Paris. de signaturæ benef. lib. 10. q. 2. num. 98. Lud. Lop. & Agor supra, Man. Rodrig. in sum. 1. tom. c. 29. num. 6. & Vega in summa. 1. p. c. 36. casu 4. & alij, licet Lessius libro 2. cap. 34. num. 16. dicat intrusum non effici inhabilem ad idem beneficium iterum impetrandum, quia iure non exprimitur, nisi quod amittat ius prioris electionis, citans Felin. in d. cap. postulasti, in fin. qui id non dicit.

Et ideo si in vna Tirafon. capellanæ 18. Decemb. 1559 coram Dom. Oradino fuit resolutum per maiorem partem, Subrogationem in ius defuncti non suffragari propter intrusionem; quia cum ceperit possessionem instrumentalem pendente lue, & hinc ad paucos dies fuerit subrogatus, præsuntur continuatio, & c.

Et si etiam de fructibus, si quos perceperit, tenetur mentionem facere, nam fructus indebite percipiens inhabilis efficitur, & rehabilitatione indiget, Mill. & Hier. Paulus, supra Felin. in c. in nostra, de rescrip. corol. 2. Selua supra, & Villad. Rebus. supra, & 3. p. signa.

signatur & verb. necnon iuris patronatus, nu. 56. & 57. & 71. de dispensat. cum regular. nu. 66. & 67. Cassad. d. dec. 6. de preben. Put. dec. 26. lib. 1. Rota decif. 1922. lib. 3. p. 3. diuer. Mandos. de signatura tit. de absolutione a mala fructuum perceptione, ubi late de hoc, & d. conf. 4. n. 19. & Nau. d. conf. 2. n. 2. & post hæc González §. 7. proæm. a n. 171.

228 Quod tamen non habere locum in distributionibus, quæ inter fructus non computantur & aiunt Cassad. & Gonzal. ibi. Gambarus de offic. legati lib. 6. n. 36. intellige, quando alias habet fructus præbenda, alioquin idem esset in distributionibus, saltem in grossa.

229 Et gratia tamen non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur, Peregr. dec. 41. in manuscr. quæ est 3. pars diuersor. lib. 1. dec. 41. & fuit resolutum in vna Maceraten. parochialis 29. April. 1580. coram D. Seraphino.

230 Iuxta tamen quod erit accipiendum, quod tradit Nauar. de spoliis, §. 12. num. 4. versic. subinfertur etiam, & consil. 12. num. 11. & 16. num. 4. de rescriptis, & 70. num. 5. & 72. num. 1. & 79. numero 10. de simon. & Enriquez in summ. 7. cap. 36. §. 2. & lib. 13. cap. 3. §. versic. at quia fructus, & cap. 14. §. 3. versic. circa fructus, de quo vide infra num. 244.

231 Sed ad ista dicimus verum esse de intrusione faciendam esse mentionem, vt docent citati, num. 225. ex d. cap. cum iam dudum, & d. cap. per inquisitionem, etiam si intrusus non administrauerit, nec fructus perceperit, & si fructus perceperit, etiam de illis faciendam esse mentionem, vt docent citati, num. 227.

232 Nisi fructus tamen debeantur tertio, vt per Cassad. dec. 7. de preb. Mand. d. tit. de absolutione a mala fructuum perceptione, vers. limitat Cassadorius.

233 Vel tamen nisi quando adest lis, ex qua timere potest restitutionem fructuum. nam tunc de fructibus perceptis non est necessario facienda mentio, nec propterea gratia vitatur, vt fuit resolutum in vna Parmen. prioratus 29. Iunij 1589. coram Dom. Mantica, in qua fuit resolutum, Gratiam non posse dici surreptitiam, ex eo quod non fuerit facta mentio fructuum male perceptorum, quia in casu, quo Iulius Caesar succumbere fructus non deberentur Camera Apostolica, sed Angelo presentato, & ideo cessat vitium surreptionis, Cassad. decif. 6. de preben. & fuit dictum coram D. Pamphilio hoc anno in Toletana parochialis, & c. & in Salamantina dimidiæ portionis 1591. infra adducta n. 242. & in dict. Iuuenacen. beneficii 16. Maij 1594. coram Dom. Mantica.

234 Nullibi tamen recte probatur, quod intrusus, aut percipiens fructus indebite, sit inhabilis ad beneficiū illud, nisi in casu c. quisquis de elect. nam d. c. cum iam dudum, & d. c. per inquisitionem, ad summum probant, quod est indignus, ita quod electio deberet cassari, non tamen inhabilis.

235 Et quamuis tamen de stylo Curie videtur intrusum, quando est intrusus, & qui percepit fructus indebite, quando illos habet, esse inhabiles ad illud beneficium, nam de stylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilibus cum compositione tertiæ partis fructuum perceptorum.

236 Tamen tamen id non procedit in eo qui habens ius ad rem ad beneficium intrusit se in illo per solam possessionem, absque eo quod se ingesserit administrationi, vel fructus perceperit, nam iste talis non fit inhabilis ad beneficium cum non amittat ius, quod ad illud habet, vt in dict. cap. auaritiæ, & in decisionibus

2. Tom.

relatis supra numero 222.

Aduerte tamen, quod Mandosius d. tit. de prouiso. ad fin. ait, quod stante in supplicatione clausula, Nec non cause annullatina, & infectiua, etiam proprii tituli, ac possessionis, exprimi possint, & c. quæ concedi solet, non obstitisset præcedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, & ita si illa verba, Ac possessionis, fuissent in casu posito per Cassad. d. decif. 6. contrarium decidendum erat, sed in terminis Cassadori, vel dicta verba, Ac possessionis, non fuerunt posita in supplicatione, vel per signaturam deleta fuerant, vt aliquando deleri solent. Hæc Mandos. qui idem ait d. conf. 4. n. 18. & 19.

237 Qui tamen bene ait, quatenus docet stante dicta clausula cum illis verbis, Ac possessionis, (quæ tamen hodie non conceduntur) non obstat intrusionem impetrantis, de qua alias non fuit facta mentio, nam per illa purgatur vitium intrusionis, iuxta dictam decisionem Cassadori, & Achillis 270. seu 7. de preben. & Paleoti 633. num. 8. libro 3. part. 3. diuersorum in impressis.

238 In eo tamen, quod ait, stante dicta clausula, etiam non obstat malam fructuum perceptionem, non bene loquitur: nam cum de fructibus verbum nullum, non purgatur per eam vitium malæ fructuum perceptionis, vt in dict. decif. Cassadori, maxime cum non soleat purgari, nisi cum compositione partis illorum.

239 Aduerte tamen etiam, quod dictus stylus non videtur procedere in impetrante non habente alias bonum titulum, ad cuius utilitatem, & etiā instantiā fuit capta possessio nomine Camere, antequam ei cessa sit, quia donec ei cessa sit, seu translata possessio, non potest ipse vere dici intrusus.

240 Nec etiam tamen videtur procedere in eo, qui se intrusit in aliquo beneficio, tanquam vnito accessorie alteri, & sic non vt titulo, sed vt prædio seu proprietate, si postea impetraret in titulum, quia vt sic non est intrusus, quamuis procederet, si de nouo peteret, & impetraret vnionem, vt vidi in literis Gregorij XIII. vnionis abbatiæ de Parrazes in fauorem Regij monasterij Sancti Laurentij del Escorial, quia tunc est eadem ratio.

241 Rursus, non tamen procedit in bonæ fidei possessore, vt fuit resolutum in dicta Salamantina dimidiæ portionis 1. Aprilis 1591. coram D. Pamphilio his verbis: Fuit resolutum, gratiam si neutri, impetratam per Petrum non esse nullam, ob non factam mentionem fructuum, & distributionum perceptarum, quia tempore impetrationis non constabat fructus istos pertinere ad Camera, ita vt de illis esset facienda mentio, iuxta decif. Cassadori 6. nu. 6. de preben. nondum enim fuerat resolutum in Rota gratiam Ferdinandi fuisse surreptitiam, unde cum potius adhuc esset dubius, an fructus deberentur Camere, vel colliganti, ratione incertitudinis, etiam quod fuisset possessor malæ fidei, non tenebatur illos exprimere, ne alias contingeret ipsum posse affici duplici dispendio, scilicet soluendo Camere, & colliganti, si condemnaretur, Cassad. decif. 7. de preben. præsertim cum Petrus percipiendo istos fructus bona fide, & cum iusto titulo optionis vigore consuetudinis immemorialis à sede Apostolica confirmata, ad notata in cap. fin. de consuetudine in 6. illos suos fecerit, Rota decif. 4. de restitutione spoliator. in nouis, unde illorum expressio non fuit necessaria, quia tantum requiritur in malæ fidei possessore, qui sine titulo se intrusit in beneficio, Cassad. dict.

decision. 6. de preben. Rebus. super concord. in forma mandati Apostolici, verb. pro expreis, verfic. 5. etiam: neque obstaré, quod Petrus impetrando gratiam, si neuri, videatur, salum implicite, confiteri, nec sibi, nec colliganti ius competere, & propterea ipsum indebitè percepisse istos fructus ex defectu non iuris sui, vel colligantis, pendente conditione, & sic durante lite, ad notata per Rebus. in titul. de non promotis infra annum n. 77. cum sequent. neque etiam obstaré, quod statim in ipso limine assentionis dimidiæ portionis fuerit Petrus constitutus in mala fide per contradictionem Gasparis de Buñtos prouisi ab ordinario, qui contra ipsum litem induxit: quia neque hoc verificatur in facto, cum Gaspar fuerit prouisus de mense Septembr. 1581. & sic per annum post possessionem apprehensam per Petrum vigore sua optionis, neque lis mota impedit, quominus possessor bona fidei lite pendente faciat fructus suos, licet si condemnatur, debeant illos restituere, Bart. in l. 2. n. 5. C. de fructib. & litium expens. neque etiam obstaré, quod stante vacatione in mense Aprilis Petrus dicatur intrusus, ex quo aut dimidia portio erat in turno Episcopi, & Petrus fuit in mala fide intrudendo se cum prouisione capituli, aut erat in turno capituli, & tanto magis, quia mensis Aprilis erat reservatus, Cassad. decis. 1. de restitution. spoliator. nec suffragabatur alternatiua, quia capitulum tantum beneficia, que ad liberam ipsius Episcopi dispositionem pertineant, ut in alia Salamantina dimidiæ portionis coram R. P. D. Comitulo fuit resolutum, quoniam ista vacatio de mense Aprilis per obitum Didaci Valdes controuertitur, nam vacante canonicali, & prebenda in ecclesia Salamantina per obitum Ioan. de Mendoga de mense Septemb. 1580. & subsecutis optionibus antiquioris canonici, & antiquioris integri portionarij, Didacus antiquior dimidijs optauit integram, & Petrus antiquior capellanus optauit dimidijs, de qua agitur, dimissam per dictum Didacum, & illius possessionem, in qua usque ad præsens existit, adoptus fuit, & sic vacatio potius contigit in mense Septemb. quia ut pluries fuit resolutum, omnes istæ optiones successina habentur pro unica vacatione: & licet coram illustrissimo D. Cardin. Aldobrandano fuerit resolutum, optionem Didaci propter eius cecitatem non subsistere: tamen quicquid dicendum sit, si ageretur pro canonizatione ipsius optionis, ad effectum de quo agitur, ut Petrus tanquam habens titulum coloratum dicatur in bona fide, & fecerit fructus suos, sufficit hæc vacatio de facto per dimissionem Didaci, quia hoc casu non requiritur bona fides possitua, sed sufficit malam abesse, Rota d. decis. 4. de restitution. spoliator. in nouis, & Eid. in cap. grauis n. 40. eodem titul. Cassad. decis. 6. sub n. 9. de prebend. quod procedit etiam in beneficiis reservatis non data certa scientia reservationis, nisi reservatio sit clausa in corpore iuris, vel sub certo corpore beneficij, aut alias indubitata, & notoria, Puteus decis. 180. lib. 3. & fuit resolutum in causa Salamantina fructuum pro heredibus Francisci de Burgoa de anno 1587. coram D. Gipsio, & ita etiam tollitur, quod dicebatur, dimidijs portionem fuisse in turno Episcopi, non autem capituli, quia stante declaratione, seu concordia, per quatuor annos antea facta inter Episcopum, & capitulum, quod censereetur consumptus turnus Episcopi, & sequens esset capituli, Petrus dicitur in bona

fide, quia hæc declaratio, licet erronea, præbet sibi instam causam, & bonum titulum ad effectum acquisitionis fructuum, ut in similibus terminis fuit pluries dictum in præfata causa Salamantina fructuum. Vltimo non obstat, quod ex stylo datariæ, qui in dignoscenda surreptione est attendendus, Cassad. decis. 12. n. 4. de preben. Peregrin. decis. 4. lib. 1. hæc gratia cum mentione fructuum perceptorum non fuisset expedita absque compositione, quia iste stylus, ut sit conformis iuri communi, prout esse debet ex Sarnen. in reg. de impetratibus per obitum familiarium Cardinalium q. 6. debet intelligi in casu, in quibus de iure requiruntur expressio fructuum perceptorum, ut puta si spectarent ad Cameram, vel versarentur in mala fidei possessore intrudente se in beneficio absque titulo, non autem quando ista expressio non est necessaria, ut in possessore bona fidei: & quando fructus non pertinent ad Cameram, ut per Cassador. d. decis. 6. & sequent. de preben.

De qua t. decisione meminimus supra 5. part. cap. 243. n. 28. & licet ibi contra eam tenuimus possidentem beneficium referuatum ex prouisione ordinarij, etiam cum bona fide, non facere fructus suos, etiam si referuatio non sit clausa in corpore iuris, nec de certo beneficio: adhuc tamen hæc decisio potest in eo procedere ad effectum, ut in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec se super illis componere, sufficit enim ad istum effectum, quod illos bona fide, & non mala perceperit, licet illos non fecerit suos, ex quo cessat vitium intrusionis, & malæ perceptionis fructuum, Cassad. d. decis. 6. numero 9. de preben.

Vnde etiam hoc, quod dicitur t. de bonæ fidei possessore, videtur mihi posse procedere, etiam si tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, seu habeat iam notitiam de suo malo titulo, si statim confugit ad remedium, & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, ex quo cessat in eo mala fides, etiam si interim permaneat in possessione, & fructus occurrentes percipiat, iuxta tradita per Enriquez d. lib. decimo tertio, cap. decimo quarto, §. 2. & sic non videtur habere necessitatem narrandi fructus perceptos, nec se componendi super illis, cum illos sine mala fide perceperit, nec egere rehabilitatione, & tunc recte intrabit doctrina Nauarri, & Enriquez, de qua supra n. 230. quod ad eum tanquam successorem spectabunt.

De intruso t. autem, & modis intrusionis, vide Felin. num. in cap. in nostra, de rescript. corol. 2. & in cap. veniens, de accusat. n. 2. 3. Decium cons. 121. n. quarto, Seluam de beneficio. 3. part. quest. 11. n. 5. Sarnen. in regul. de trienali, quest. 27. & 47. Rebus. in praxi super reg. de subrogandis colligan. gloss. 4. late Gigan. tract. de intruso, Mandos. d. lib. reg. de subrogan. quest. 4. & de minoribus quest. 60. n. 40. Bernard. Diaz in pract. crim. can. cap. 49. Mascard. de probatio. conclus. 937. Flamin. Parisium de resignat. benefic. lib. tertio, quest. 1. n. 39. & libro septimo, quest. 1. à num. 107. & Zerolan in praxi Episcopali, verb. intrusus, & Mosconium de maiestate militantis ecclesiæ libro 1. part. 3. cap. 2. pag. 427. & seq.